

conquerendo monstravit, V. comes de Witin decimationes ecclesiae suae debitas ab hominibus suis non permittit exsolvi, eiusdem quoque ecclesiae archidiacono in terra sua ius synodale et iura alia subtrahere non formidat. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus praefatum comitem ab huiusmodi praesumptionibus cessare de cetero, homines quoque ipsius decimas praefatae ecclesiae debitas sine difficultate persolvere monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per districtiorem eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere, nullis litteris veritati et iustitiae praeiudicantibus, si quae apparuerint a sede apostolica impetratae. Quod si non omnes his exequendis potueritis interesse, tu frater archiepiscopo nihilominus ea cum eorum altero exequaris. Datum Laterani II. Nonas Junii pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit bleierner Bulle an hänfener Schnur.

No. 69. 1201. 8. Juni.

*P. Innocenz III. beauftragt die Aebte zu Pforte und Altzelle und den Prior letzteren Orts einige Voigte der Meissner Kirche, welche dieselbe durch unberechtigte Forderungen schädigen, hiervon abzumahnem, nöthigenfalls durch geistl. Strafmittel zum Gehorsam zu nöthigen.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . de Porta et . . de Cella beatae Mariae abbatibus et . . priori de Cella beatae Mariae salutem et apostolicam benedictionem. Querela venerabilis fratris nostri . . Misnensis episcopi in nostro fuit auditorio recitata, quod S. O. et quidam alii Misnensis ecclesiae advocati ecclesiam Misnensem dampnis intolerabilibus et exactionibus indebitis contra iustitiam aggravare praesumunt. Ideoque discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus, quatinus advocatos praedictos ut ab huiusmodi praesumptione desistant, monitione praemissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota iustitia mediante cogatis. Testes autem qui nominati fuerint, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, per eandem districtiorem sublato appellationis obstaculo cogatis veritati testimonium perhibere nullis litteris — wie No. 68 — interesse duo vestrum ea nihilominus exequantur. Datum Laterani VI. Idus Junii pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Orig. im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden mit der Bleibulle an hänfener Schnur.

No. 70. 1203. 18. Juli.

*P. Innocenz III. beauftragt die Pröbste zu Halberstadt, Seeburg und Nienburg den zwischen dem Bischof und den Pröbsten zu Wurzen und einigen Domherren zu Meissen obwaltenden Streit wegen Besetzung von vier Pfründen zu entscheiden.*

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis . . maiori praeposito Halberstadensi . . Seburgensi et . . sancti Wiperti in Nienbure praepositis Magdeburgensis et Halberstadensis diocesum salutem et apostolicam benedictionem. Causam quae inter venerabilem fratrem nostrum . . . episcopum ex una parte et dilectos filios B. et T. Wrcinenses